



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

Hominem etiam corporis respectu macrocosmum dicendum. Colloq. LXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

in se mirabiliter augere potest & illustrare, sed potius multitudo illarum rerum quas operatur, etsi cum abusu insigni fiat: euidenter admodum Creatoris bonitatem ac liberalitatem declarat atque demonstrat, qua Creaturam suam adeo prodige locupletauit, adeo patienter tolerauit; quasi que ad oculos ostendit, quod quemadmodum homo mundi finis est, ita eum quoque mundum vniuersum concludere, dignissimum plane videri, qui communibus suffragiis macrocosmi nomine afficiatur. Verum quoniam haec in animasatis superque declarauimus, ad corpus transeamus.

*Homo
mundi
finis. Ar.
2. Phys. c.
2.*

*Hominem corporis etiam respectu esse
macrocosmum.*

COLLOQVIUM LXVI.

TH E O. **N** V N C ergo si magnitudinem corporis quantitate metimur, iam illud etiam certum & indubitatum est, mundum hunc macrocosmum esse, hominem vero si diximus microcosmum: si autem excellentia & perfectionis potius capaci-

pacitate eam mensuramus, iam istud etiã facilè intelligitur, mundũ hũc micro, hominem autem macrocosmũ videri esse appellandum? Ergo quod in anima paulò ante demonstrauimus, id in corpore iã nunc etiam faciamus, quò, Deum immortalem, quid cælum pulcrius, terra formosius, vniuersæ deniq; vniuersi partes speciosius habeant aut complectantur? Nam quemadmodũ mundus hic vniuersalis cælũ habet altissimũ illud suorũ membrorum: ita corpus humanũ cæli loco caput consecutũ est, reapse excelssimũ & in ordine membrorum primum. Inter omnia mudi membra si Arist. credimus, qui inanimatus est, cælo nihil diuinius, nihil pulcrius à Deo immortali fuit procreatum: non modò propter insignem figuram & perfectissimam, splendore maximum, motum præstantissimum, sed etiã ob sexcentas alias affectiones quã excellentiã per effectus intelligimus, & per influentias quas in hoc mundo inferiore operatur, euidenter manifesteque exploramus. Cæli ergo vnica solum

figu-

figura est, rotunditas puta, at capi-
 tis non vna, non altera, sed omnes,
 sed vniuersæ: habes oualem in oculo,
 pyramidalem in naso, sphaericam
 in rotunditate, cylindrum, cubum,
 & similes inter ossa qua parua,
 qua magna, ex quibus coelum illud
 terrestre compositum fuit & archi-
 tectatum. Cælo astra sunt, capiti sè-
 sus bellè illi splendidi & mirabili
 colorum gratia variegati. Cælo duo
 luminaria affixa sunt, quæ omnia
 collustrant: capiti duo oculi inserti
 quibus quidlibet intuemur ac con-
 templamur. Cælum nunquam non
 motu suo supremum locum tenet:
 caput etsi inter ambulandum mo-
 ueatur, semper tamen in sublimi sua
 regione commoratur. Coelum
 influentijs suis in mundum hunc
 & totum inferiora omnia agit,
 caput in totum corpus & illius par-
 tes vniuersas. Si coeli motus sistere-
 tur, omnia hæc inferiora cum illo
 cessarent: ergo etiam capite cõqui-
 escente, reliquum corpus feriatur.
 Quid ego iam nunc de coeli motu
 circulari, quid de recto elemento-
 rum

rum, de mixto omnium corporum
 viuentium dicam, qui omnes in hu-
 mano corpore reperiuntur? Nam
 quod ad elementa attinet, vbi ea
 melius coniuncta, mirabilius distin-
 cta, pulchriusque commixta sunt
 quam in nostro hoc macrocosmo?
 Terra frigida & sicca in ossibus sic-
 cis ac frigidis repræsentatur: aqua
 frigida & humida, in humido cere-
 bro & algèri: aer calidus & humidus
 in carne ijs qualitatibus affecta: ig-
 nis calorē & siccitatē præ se ferens
 in pulmonibus earundē plane affe-
 ctionum. Iam & primæ qualitates,
 calidum, frigidum, humidum & sic-
 cum in colera, phlegmate, sanguine
 & melancholia pulcerrimè exhibē-
 tur; & verò etiam quatuor Anni par-
 tibus Veri, Autumno, Aestati, Hye-
 mi, infantia, adolescentia, virilis æ-
 tas, & senectus incundissimè respō-
 dent. Porro quod in mundo quoque
 plaga Orientalis est, id in homine
 latus dexterum repræsentare, Occi-
 dentem læua exprimere, Meridiem
 caput exhibere, pedes Aquilonem
 referre posse videtur. Nam & Diuus
 Augu-

S. Aug. tra. 9. & 10. in Io. S. Cyp. l. de sina. & sim. Augustinus, & Sanctus Cyprianus has easdem mundi plagas ijs litteris constitui designarique voluerunt, ex quibus protoplasti nomen conficitur & coagmentatur. quippe cū Anatole, Dyfis, Arctos, Mesimbria, apud Græcos idem omninò videntur, quod apud nos Oriens, Occidens, Septentrio, Meridies, nisi quod initiales Pelasgorum vocabulorum literæ Adam vt diximus conficiant. Aristoteles verò contrario modo & diuerso filo Genealogiam hanc contexens, hominis partes in cælo disponit, eū ceu animal describens, dum videl. mundum vnum per alterū declarare conatur. Caput ergo Meridiem, pedes Septentrionē, dexteram Orientem, læuam Occidentem, quæadmodū nos quoq; fecimus, appellauit. Nunc quoniā in mundo diuersa maria, fontes, scaturigines, riuus fluijque; variarum qualitatum viriumque; inueniuntur, idem etiā quomodo in homine demonstrari possit, satagendum nobis esse videtur. Principio itaque cerebrum Oceanus quidam Orientalis est, qui pereni &

nan-

Arist. a. de cal. c. 2.

nunquam insistenti scaturigine linguam humectat, ori quæ aquas sup-
 peditat, & mox easdē per intervalla
 ceu per fluxum ac refluxum oculis
 instillat: deinde etiam nervis velut
 iucundissimis riuulis effusis, se com-
 mouet & quotquot organici sui
 mundi partes asperferit, enecat atq;
 interimit. Quid quod & hepar simi-
 litudinem quandam maris Erythræi
 habet vniuersas corporis venas ir-
 rorans ac portās, & tam sibi vicinas
 quam longius à se remotas partes
 sustentās, iustisq; augēs incrementis?
 Quid? annō cor ipsū mare Mediter-
 raneū refert, quod in medio corpore
 constitutū nobilissimus quidā fons
 est, è quo aquæ ad linguā promanāt,
 & in vniuersum corpus riuuli spi-
 rituū vitalium transfunduntur, &
 aquæ limpidissimæ arteriarum qui-
 bus splendidissimum hoc Vniuersū
 sustentetur, decurrunt? Iam si cor-
 pora inanimata, si lapides, si metal-
 la, & si quæ sunt alia ex commi-
 xtione elementorum conflata,
 considerare velis, annon ea ossibus
 quam simillima esse inuenies,
 quo-

quorum ars, vsus, figura ac varietas
 sapiētum hominum iudicio, etsi nō
 auarorum fortè, qui nonnisi terræ
 excrementa consecretantur, omnib'
 planè gemmis lapidibusque pretio-
 sis nobilior præstātorq; est. Et quo-
 niā corporū duo admodū genera sūt
 vnum eorum quæ anima vegetatiua
 prædita, alterum eorum quæ sensi-
 tiuam nacta fuerunt, potestne in
 priore reperiri aliquid, quod cor-
 pus humanum non faciat, non lucu-
 lentius multò copiosiusque possi-
 deat? Habent enim formarum sua-
 rum facultates, habent alimenta, ea
 digerunt, semet nutriunt, crescunt
 ac generant: quæ omnia ita corpus
 humanum præstat, vt in posteriore
 etiam esse nihil possit, quod non lō-
 gè modò perfectiore exequatur? ha-
 bet illius generis bestix sensus in-
 teriores, id est sensum communem,
 imaginationem & memoriam, tum
 etiam exteriores, Tactum, Gustum,
 Odoratum, Auditum & Visum, qui
 omnes ita in corpore hominis repe-
 riuntur, vt vix aliquid ijs addi acce-
 dereque posse videatur. Et quemad-
 modum

modum plantis superius est in ijs
 functionibus quas cum illis com-
 munes habet atque exercet, ita in ijs
 etiam bestijs excellentius est, quæ
 cum illis ex æquo possidet ac con-
 secutus fuit. Inprimis enim perua-
 gatam illud notoriumque est, homi-
 nem quamlibet bestiam multis pa-
 rasangis præcellere si de sensibus
 interioribus quæstio instituat, quæ
 quippè cum communis ille, & Ima-
 ginatio multò maioris in homine
 virtutis, multò luculentioris effica-
 ciae sit, memoria etiam plura longè
 complecti, plura sepere capereque
 possit, quam vllum animalium, qui-
 bus imperfecta hæc quodammodò
 omnia collata insitaque fuisse vidē-
 tur. Secundo sensus eum etiam ex-
 teriores nobiliores accepisse dici-
 mus, etsi nequaquam inficiemur, cū
 ab Aquila acerrima oculorum acie
 eminus cominusque omnia quam
 maximè accurate distincteque in-
 tuente, à Vulpe & Talpa auditu, à ca-
 ne odoratu, à pulice gustu, qui non-
 nisi leui rostri attactu saporem gra-
 tum ingratumque confestim perci-
 pit,

*Hominis
 sensus in-
 teriores
 & exte-
 riores be-
 stiarum
 nobilio-
 ras sunt.
 Arist. 1.
 Met. c. 1.
 l. de sens.
 c. 1. 5. 1.
 hist. c. 1.*

*Arist. de
 Gen. An.
 c. 1.*

pit, alimacibus & ostreis contactu summè penetratiuo, habet tamen corpus humanum ea media eosque planè modos, quibus isthæc vincit quã facillimè vniuersa: mille enim sexcentasque illud res sensibus suis apprehendit, vti bestia penitus insensibilis est: nam & aquila quæ longissimè abs se remota acerrimè contuetur, non nisi colores videt; at homo eorum etiam differentias intelligit, eos distinguit, inter se confert ac comparat: cūq; æquilæ oculi in tabella nihil præter nigredinè, cædorem, ruborem, aliumve colorem conspiciât, homo de luminibus, de amœnitate, de flore picturæ vniuerso, de lineamentis, de proportione, de vmbriis, de venustate, de deformitate imaginis perijsse iudicat: planè quæadmodû ij qui librû aliquè cõtēplâtur, ac legere interim nō possūt, nihil præter nigras quasdam notas, frequêtes apices, chartâq; intueri se arbitrantur, quiq; legere norūt, verba distinguūt, syllabas separât, dictionesq; dispescunt. Iam de Vulpe eadē omninò sententia opinioq; est, quam

quam ut audiendi sensu plurimum
 valere asseueramus, ita sonis tantū-
 modo eū excipiendis non discogno-
 scēdis, non discernēdis dicimus in-
 seruire cum contra homo, hominis
 verba, bestiarū voces, inanimotarū
 son⁹ distinctē intelligat, harmonias,
 modos musicos, plāctus eiulatusque
 velut interpretes cū ipsius animi sē-
 sis percipiat, distinguat, atq; discer-
 nat. In quo admodū mihi similis ei
 esse videtur, qui peregrina lingua
 verba faciētē probē assequitur, vul-
 pē autē ei qui inanē rātum verborum
 strepitū, labiorū motū, & corporis
 quādā gesticulationē actionēque so-
 lūmodō intuetur. Cæterū cū de gu-
 stu, odoratu, ac tactu deniq; etiā ea-
 dē dici posse videātur, illud ego nūc
 addo, hominē si in peccatū prolaps⁹
 nō fuisset, multis partibus ea supe-
 raturū fuisse quibus iā nunc à bestijs
 vincitur, nec nisi exaggerata, perfe-
 cta, penitusq; absoluta ea fuisse pos-
 sessurū. Verū faciamus nunc mis-
 sa isthæc, quæ fortē non inconueniē-
 ter, & satis ut opinor accommodatē
 de hominis sensibus dici poterant,
 ac il-

*Arist. 2.
de par. c.
10. Gal.
de usu
par. Vel-
lens.*

*Liberali-
tas Cre-
atoris
erga ho-
mines.*

ac illud potius ex ijs quæ exprōp-
simus constituamus, totum mundū
corporeum omnesque illius perfe-
ctiones & ornamenta, in hoc corpo-
re verè diuino contineri, quemad-
modum à Galeno & Aristotele ap-
pellatur, quod animæ mortali co-
pulatum grande miraculum desig-
nat sicut Plato ac Trismegistus in-
quiunt, & secundum nostros Theo-
logos excellentem planè macrocos-
mum constituit. Iam verò illud an-
non quātius est vt luculēter & ma-
nifestè nō leuibus vestigijs, sed totis
quod aiūt volutationib⁹, Creatoris
liberalitatē bonitatemq; agnoscas,
qui quo apertius suam hanc creatu-
ram exornaret, & insignia authorita-
te condecoraret, ipse eam honora-
re voluit, partim ei apparendo, par-
tim Angelos in humana forma ex-
hibenda tum in lege naturæ, quam
Mosaica: qui que demum Filium suū
ablegavit vt matrimonio sibi nostrā
naturam copularet, suæ diuinitati
hominem adiungeret, hominem ma-
crocosmum assumeret, & in hoc
cosmo carneo mundum seu cosmum

vni-

vniuersalem saluaret, & aliquando
 etiã iudicaret? quid est animam no-
 strã exornare, quid corpus condeco-
 rare, si hoc non est? Habent hic pro-
 inde speculum quoddam omnes ij
 qui in Diuinam Maiestatem iniurij
 passim in omnium peccatorum for-
 dibus volutãtur. Principio enim fla-
 gitia duo enormia designant contra
 Creatorem suũ, dũ videlicet insigni-
 ter ingrati sunt leges eius præfractè
 violãdo, & infinitæ illius sapientiæ
 ac bonitatis statuta ac præcepta ne-
 fario planè ausu transgrediendo; dũ
 etiam illius imaginem sordidissimis
 peccatis conspurcant, similitudinẽ
 defoedant, & haud paulò grauius læ-
 sã Maiestatis crimen committunt,
 quam ij qui sordibus aut luto Prin-
 cipis sui imaginem peterent inces-
 ferentque. Secundo sibi ipsis insig-
 nem iniuriam cum præclara con-
 iuncta ignominia irrogat, ani-
 mam suam miserrimè deforman-
 tes, & imagine diaboli vestientes,
 toties quoties peccatum superbiæ,
 auaritiæ, ysuræ, inuidiæ aliudve
 quopiam committunt: atq; si flagi-
 tium

*Peccati
 insignis
 iniuria
 Dei.*

tium etiã illud carnis sit vt gulæ, & luxuriæ, iam insigniter animam suã infamant, & corpus aded ipsum co- inquinant: etsi de quolibet peccato mortali illud intelligi iuxta possit, nunquam vt non corpus & animam suam æternæ ignominia cruciati- busq; obstringant. Verũ satis isthæc opinor sunt, nunc illud consideran- dum venit, vt postquam corporis ex- cellentiam, quæ primus articulus e- rat augustissimi istius matrimonij spiritualẽ naturam inter & corpo- ralem: quo deinde facilius conclusi- onem hanc assuere possimus, quam nos secundam feceramus, immorta- le illud nimirum posse existimari.

*Concluditur idem quod supra; Deum
nõ animam modò, sed & corpus im-
mortale creauisse.*

COLLOQVIUM LXVII.

THEO. **Q**uod Stendimus hæctenus Deũ ex- actissimè primi matrimonij articuli rationẽ adhibuisse, dum nimirũ in animæ cum corpore coniunctione, insignem pulchritu- dinem vtrique contulit, & conue- nien-